adiutorare eidem q; ſatanā conductum adduceret. et hortari quia
tonitrus ſuper hoſtiū terras tales mulier grandines fulmina et
tempeſtates, prouocarent vt ſic hoſtium terrā periclitare mo
liretur. Item quia videmus qđ ipſe talia facere non poteſt
etiam ſi vellet. Ad faciendū q; etiam ſi a principibus (quod
tamen abſit) induceretur. Unde inferendū cenſeo ipſas talia
facere non poſſe. Preterea ex fide habemus ſolū deum ſtel
larum et elementorum eſſe gubernatorem. qui legem pati
ta libere eo quia (ſm Boetium iii. de cōſolatione) perpetua mū
dum ratione gubernat. ſtabiliſq; manēs dans cuncta moueri.
q̄uo igitur tales mulieres adiutorio demonū illum ſummū
motorem (certa ratione omnia gubernantem) in huiuſmodi ſuo mo
tu impedire. et in aliū motum dirigere poſſent. ¶ Conradus.
Ponderanda quidem eſt magni principis ratio. Sed nō mi
nus ponderandū eſt illud qđ. Exodi vij. dicitur. Nam cum
moyſes ante faciem pharaonis regis egipti multa ſigna et
prodigia feciſſet. nihilominus malefici etiam talia ſimiliter effe
cerunt. qui incantationibus ſuis aquam in ſanguinem verte
runt et ranas ſuper terram produxerunt. Ecce igitur ex ſacra
ſcriptura veteris teſtamenti clarere, qđ malefici adiutorio de
monum aquas turbarunt quia eas in ſanguinem verterunt
et agros prediaq; ranis confuderunt. Item in primo libro
iob. c. primo legitur q̄ dyabolo procurante ventus vehemens
irruit in regione deſerti et concuſſit quatuor angulos domus
que corruens oppreſſit liberos iob et mortui ſunt. Ecce q̄ dia
bolus poteſtate ſua aerem prouocauit et pueros oppreſſit. Di
citur etiam eodem li. dyabolū fulmina ignis prouocaſſe. Dicit
enim textus ignis dei cecidit de celo. et tactas oues pueroſq; cō
ſumpſit. Item Johannes. apoca. ſeptimo ait. Poſt hec vidi
angelos ſtantes ſuper quatuor angulos terre tenētes quatuor
ventos ne flarent in terram, neq; in mari neq; in vllā arborem
Et vidi alium angelū deſcendentem ab ortu ſolis habentem
ſignum dei viui. et clamauit voce magna quibus datum eſt
nocere terre et mari dicēs. Nolite nocere terre neq; mari neq;
arboribus quouſq; ſignemus ſeruos dei in frontibus eorum
¶ Sigiſmundus. Doctor qui ſunt illi quatuor angeli quibus
ait iohannes eſſe datū poſſe nocere terre mari et arboribus.